quo patet ꝙ signa vniuersalia vel particularia vt sunt omnis nullus quidam ꝛ sic de aliis non sunt termini quia non significant rem vniuersalē vel particulare licet quandoque significent vniuersaliter vel particulariter ꝓ aliquibus suppositis. Sciendū primo ꝙ terminoꝝ incōplexoꝝ vnusquisque aut significat substanciā aut qualitatem aut quantitatē. aut ad aliquid actionem aut passionē. aut habitum. aut situm. aut vbi. aut quando quoꝝ sufficiēcia ꝛ diuisio satis expressa ꝛ declarata est in tercio tractatu petri hyspani quare superfluum esset de ipsis hic specialiter ꝑtractare q̄ quidē diuisio, ꝓpter alium respectū ꝛ finē ponitur hic ꝛ in antep̄dicamentis. nā in antep̄dicamentis ponitur ad cognoscendū numeꝝ p̄dicamentoꝝ. hic autē ponitur ad cognoscendū numeꝝ terminoꝝ supponencium. Unde hic determinatur de terminis incōplexis secundum habitudinē ad rem quam tunc significānt vel rep̄sentant secundum quā eis conuenit ampliare supponere copulare ꝛ restringere. In p̄dicamentis vero de ipsis incomplexis determinatur sub ratione p̄dicabilis ꝛ ordinabilis in p̄dicamēto. Hic autē non diuiditur terminus incōplexus in tota eius cōmunitate quia sic mēbra simul sumpta nō conuerterentur cū diuiso. sed solū diuiditur terminus incomplexus significans rē vniuersalem vel particularem reponibilem in p̄dicamento. Ista autem diuisio est hic ad duo necessaria. primo ad videndū cuius nature sit res significata per terminū. Secundo ꝙ noīa substātiua supponūt noīa vero adiectiua copulant ꝛ appellant hoc autē fieri non potest nisi ex parte rerū ꝛ terminoꝝ. Ideo ista diuisio valet ad cognoscendū qui termini supponūt ꝛ qui copulant. Sciendū secundo ꝙ significatio termini in textu sic diffinitur est rei per vocē secundum placitū rep̄sentacio. in qua diffinicōne rep̄sentacio ponitur loco generis deinde ponitur rei ad differenciā sinkatlxgreumatū que nō significant res sed disposiciones rerum ꝛ capitur hic res p eo ꝙ ꝑ ꝛesi subici vel p̄dicari deinde ponitur per vocem ad differenciam significationū scripturarū. Ultimo ponitur ad placitū ad differenciam significationis naturalis ꝛ sic patet intellectus diffinicionis ex qua diffinicione autor in textu infert ꝙ cū omnis res sit vniuersalis vel particularis oportet dictiones non significantes vniuersale vel ꝑticulare nichil significare ꝛ sic non erūt termini vt hic accipitur terminus Unde aliter determinatur de incomplexis hic ꝛ in libro p̄dicabiliū ꝛ p̄dicamētoꝝ quia in illis determinatur de incōplexis sub ratione predicabilis vel ordinabilis in p̄dicamento. hic autē determinatur de ipsis secundum habitudinē quā habent ad rem quā significant secundum quā ipsis conuenit supponere restringere ꝛ ampliare. Sciendū tercio ꝙ duplex est significacio. Quedā est naturalis sicut sunt passiones in anima nostra existentes que naturaliter significant res quaꝝ sunt similitudines ꝛ de tali significatione non loquitur autor in p̄senti. Alia est significatio ad placitū Et talis est duplex. Quedā enim est p̄mo ꝛ per se ad placitum sicut est significacio vocum significatiuaꝝ ꝛ prolatarum ꝛ talis solū hic diffinitur. Alia est ad placitum ex consequenti sicut est significatio scripturarū ꝛ de tali nihil ad propositum.

Sciendū quarto ꝙ vt dicitur in textu significationū alia est rei substantiue que fit per nomē substantiuū Alia est rei adiectiue que fit per nomē adiectiuū Cuius diuisionis ratio est quia ōnis res vel habet esse in se vel in alia. Si primū sic est significacio rei substantiue. Si secundū sic est significatio rei adiectiue. Unde quedam diuisio sumitur ex parte rei significate per terminū quia substantiuacio ꝛ adiectiuacio non sunt modi significationis que est habitudo inter vocem ꝛ rem significatam vt dicit textus. Sed sunt mo-

http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-220/0308
TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG